

vel illas feras includere, aut earum innumeram multitudinem extinguere, vel saltem diminuerē, vel permittere liberā venationem, aut illatum damnū solvere. Haecenus ille: ad quam traditionem multos alios receptissimos Dd. allegat *ibid.* Videre etiam *Fachin. contr. iur. cap. 1. §. quibus tamen non obstantibus. & §. tertia est causa. part. 1. Cou. rru.* sequitur nouissime etiam *Geil. in obs. 68. à nu. 10. vsq. ad fin. lib. 2.* perpulchrum dilemma & alias rationes de hoc passu latius arguendo: eadem etiam nouissime in sua Theologiam congestit *D. Ioan. Windesk. cap. 3. 1. effato 3. & quasi per totum cap. lib. 2.* vbi agit de canonum & legum consensu & dissentiu.

Quam rationem mouisse existimo Dominos Camerales, quod sup. *licanti piz memoriz Domino Ioach. Comiti à Fürstenberg/Sec. contra Dn. Carol. Comitem à Zollern / pro mandato poenali sub poena 10. marcarum auri puri, 3. die Iul. An. 1596. illud & alijs similiter postea contra eundem decreuerint.*

Forestum, Forst/ ex proprietate Germanicæ linguæ, nihil aliud est, quam nemus aut sylua, & proprie significat latū nemus sine clausura, ein grossen Wald / der mit Wasser / oder sonst nie beschloffen ist / Chassan, in consueud. Burgund. rub. 13. in principio. gl. cap. cum dilecti. vbi Ioh. Andr. de donat. in quo fere inhabitant vel includuntur, & in quo quis vsum habet venandi, *Mys. cons. 6. num. 36.*

1. Foresti iurisdicatio, Forstrechte / forstliche Obrigkeit / Wäldische Obrigkeit / nihil aliud est, quam iurisdicatio, quæ in syluis aut nemoribus, Forsten / (aut in ban-

no ferino Wildban) earumque ratione exercetur, cui iura venationis adherent. De consuetudine recepta venatio, vt regale, ad superiorem pertinet, *arg. cap. vn. §. 4. vers. nemo retia. de pace tenend. & eius violatorib. in vsibus feudorum. Decian. cons. 22. num. 2. volum. 4. Mendos. de inhibition. quest. 62. num. 2. Modest. Pistor. cons. 14. volum. 2. num. 23. Menoch. cons. 30. 2. n. 31. adeo vt Electores & Duces de venationibus simul inuestiri soleant, mit dem Gejagt vnd Wildban/vt traditur in consult. Saxonie. par. 4. q. 8. n. 12. werden mit den Jagden belehnet/ vbi simul n. 8. Traquelli & aliorum, Venationem inter Regalia referendam non esse existimantium opinio reicitur. —*

Forestalis hæc iurisdicatio, Forstliche Obrigkeit / in nonnullis distinguitur partes (de quibus paulo infra dicam) quæ sunt, verbi gratia, constitutio saluagiorum, Waldordnung / Bestellung der Forst- oder Holzrechte / Stur- oder Feldschützen / *Natra cons. 311. num. 11. tom. 2. Ioh. Philip. Monsp. l. cons. 40. nu. 7. & 37. castratio equorum & aliorum brutorum, prohibitio ne arbores excendantur, & ne quis alius venetur. Quam prohibitionē Germanice Wildban vocamus, quasi baanum ferinum, vel Imperium sylvarum & ferarum, quo prohibetur venatio ferarum. Item si bannita sit sylua prohibito pasculandi & lignandi vsu, Quo casu transgressores multantur, & pignora capiuntur, gepfändet / vel pignora per pecuniam lutione recuperantur, Pfändelösen / *Meichsner. tom. 2. part. 2. decis. 2. f. 136. num. 30. & seqq. vbi & nu. 33. dicit, sibi non placere, quod aliqui volunt (notatur Geil. 2. obs. 60. nu. 7.) Germanicam hanc dicitio-**